



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXVI. Filius, Filia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

hac locum non habeat in contractibus nominatis, post executionem. Baldus & alii in l. incivile 12. C. de rei vindic. Sublimitat Rolandus à Valle 4. conf. 69. n. 41. alias fallentias vid. in Tom. de Regulis Juris sub littera F. pag. 487. & seq.]

CAP. XXV. De Filiatione.

Axioma I.

Filiatio probatur per conjecturas & presumptiones, veluti (1.) ex cohabitatione mariti & uxoris, (2.) alimentis, (3.) nominatione & educatione. l. filium cum desinimus. 6. ff. de his, qui sui vel alien.

II.

Probata copulâ carnali probatur quoque filio filii naturalis, quia probata causâ probatur effectus. Ita ergo si mulier jurato probet copulam Titii, Titius erit pro patre nati habendus.

Limita: ut procedat (1.) quoad effectus civiles, e.g. successionem, (2.) ut civiliter quidem ita probetur filio, vix tamen naturaliter.

CAP. XXVI. Filius, Filia.

Axioma I.

Filius familias in publicis muneribus pro patrefamilias habetur. l. nam quod 14. ad Sc. Trebell. l. 27. junct. a l. 78. de judic. Wesemb. in p. m. de tutel. n. 5. Idem est quoad castrense peculium & quasi, l. 2. ff. ad Sc. Macedon. l. 3. C. de Castrensi pecul. Itemque in foro. l. 1. §. 2. ad Municipal.

II.

Filius; ergo heres. D. Paul. ad Galat. 4. vers. 7. §. sui autem 2. Institur. de hered. qual. & differ. Quo ipso onus probandi in filium transferri videtur, se scilicet à patris hereditate abstinuisse. Carpzov. Part. 3. Constit. 14. Defin. 20. num. 2. & seqq. Sed advertendum est: argumentum illud solum procedere in favorem filiorum, ad hoc, ut ipsorum intentio sit fundata, si velint esse heredes, aut petant hereditatem paternam; ut nempe præter filiationem nihil ulterius teneantur probare. Carpzov. d. loc. num. 4. Mantio. de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 1. n. 3. Gail. 2. observ. 128. m. 3. Goedd. Consil. Marburg. lib. 1. conf. 26. n. 37. & seqq. Everhardus in loc. ab auctoritat. num. 9. Neutiquam verò id ipsum in odium eorum est detorquendum, ut scilicet aliorum quoque contra ipsos agentium, propter onera hereditaria, intentio sit fundata. Menoch. 4. præsumpt. 99. num. 4. Licet enim filius sit propter jus filiationis: Attamen in arbitrio ejus est, an velit eo jure uti, nec ne. l. ei, qui se 12. de acquir. hered. l. 1. & 2. C. si minor se ab hered. abst. Carpz. d. loc. num. 6. & 7.

III.

Filii parentum egregiorum præ aliis omnibus ad honores & munera sunt promovendi. l. 13. C. de advoc. div. jud. tit. 1.

IV.

Filius regulariter sequitur conditionem patris. (Confer infr. loc. de patre) cap. 2. de convers. infidel. Baldus in l. 8. §. 10. ff. de Senator. Bartol. in l. fin. ad Municipal. Alex. in l. assumptio 6. ff. d. t. ubi dicitur verum, etiam quoad originem, & sequitur agnationem patris, præsertim in concernentibus commodum. Baldus in l. fin. C. de serv. fugitiv. Quod est verum, etiam stante statuto, quod filius denominetur à matre. Bartolus in l. exemplo 36. C. de decur. vid. tamen eundem in l. 1. col. ult. ff. ad Municipal.

V.

Filiorum appellatione qui comprehendantur, vide latè Bertachin. in Repertor. part. 2. lit. F. fol. 137. fac. 2. & fol. seq.

VI.

Quoties versamur in materiâ favorabili, toties filiorum appellatione continentur nepotes. l. 120. §. 1. ff. de V. S.

Ratio: quia favorabilia sunt extendenda.

Exemplum: ita ergo Senatus-Consultum Macedonianum etiam ad nepotes porrigitur. l. 6. C. ad Sc. Maced. ita beneficium à Principe filio concessum etiam ad nepotem spectabit. arg. l. beneficium. 3. ff. de Constit. Princip. Econtra tutor filius datus non etiam nepotibus datus censetur. §. fin. Inst. qui Testam. Tut. dari poss.

Limita: modò eadem ratio militet in nepote, quæ in filio.

VII.

Filius patre vivente non habet jus in legitimâ, & nihil præter alimenta petere potest de bonis paternis. Myns. Cent. 4. obs. 25. alendus tamen est etiam in studiis usque ad finem eorum. Gloss. & DD. in l. 5. C. ad Sc. cum Maced.

VIII.

Filia inscio patre vel invito nubens dotanda, nisi indignum elegerit sponsum. Gail. l. 2. observ. 95. non autem redotanda, si dos culpâ ipsius sit perditâ. Schneidew. in §. 29. Instit. de action. num. 91.

IX.

Filia cum juramento renuncians hereditati paternæ succedere amplius non potest, cap. quamvis de pact. in 610. non autem removetur à successione fratrum. Viv. 2. decis. 211.

X.

Filia dotata renuncians successioni ob læsionem enormem potest petere restitutionem in integrum. Gail. l. 2. obs. 147.

XI.

Filius regulariter puniri non debet pro delicto patris. l. 2. §. 7. ff. de Decurion. & ibi gloss. l. 26. ff. de pen. l. 22. C. eod. Hanc regulam cum suis ampliacionibus, limitationibus & fallentiis, vid. in tom. Reg. Jur. 1. lib. 6. sub hac rubr. p. 509. col. 2. & pag. 512. col. 1. in fin.

De filio legitimo vid. partus legitimus.